

## Aduertencias para

inferuit. Ex qua concessione aliqui confide-  
rantes hanc non obstantiam generalem etiam  
constitutionem in Concilijs Generalibus &  
specialibus editarum, ibi. [Et Synodalibus  
Concilijs editis, Generalibus, vel specialibus  
cōstitutionibus, et ordinationibus. &c.] asseru-  
erunt in dicta Bulla omnia prorsus Reli-  
gionis Cisterciensis priuilegia confirmari,  
etiam si sint contra Generale Concilium Tri-  
dent. Sed ad hoc respondet, q̄ in hac confir-  
matione et innouatione Pontifex, Cistercien-  
sis Religionis priuilegia cōfirmat et innouat  
non absolute, sed cum expressione quatenus  
sunt in vsu, et decretis Concilij Tridentini  
non aduersantur, prout patet extenore ipsius  
Bulle relate. q. 8. art. 2. Verum cum in toto il-  
lo articulo neq; in subsequentibus nihil tale  
inuenierim aliter ad hanc objectionem respon-  
dendum censeo ex Doctissimo Doctore M<sup>r</sup>o  
tino Alphonso de Viualdo in l. p. sui Cande-  
labri aurei ver. Absolutio. nu. 13. vbi dicit, q̄  
quando Papa dispensat in lege alicuius gra-  
uis Concilij: oportet vt specialiter exprimat,  
se derogare tali decreto Concilij: presertim  
dum Concilium recens est, vt est Tridenti-  
num, atq; ita habet praxis, et facit quod dicit  
Nauar-